loquium aut scurrilitas que ad rem non pertinet sed gratiarum magis
actio. Hoc enim scitote intelligentes. quod omnis fornicator
aut inmundus aut auarus quod est idolorum seruitus. non habet
ii. hereditatem in regno xpi et dei. Nemo uos seducat ina
nibus uerbis. Propter hec enim uenit ira dei in filios diffidentie.
Nolite ergo effici participes illorum. Eratis enim aliquando
tenebre nunc autem lux in domino. ut filii lucis ambulate. Fructus
enim lucis est in omni bonitate et iustitia et ueritate, proban
tes quid sit beneplacitum deo. et nolite communicare operibus
infructuosis tenebrarum magis autem et redarguite. iii.
Videte itaque fratres quomodo caute ambuletis non quasi insi
pientes sed ut sapientes. redimentes tempus quoniam dies mali sunt.
Propterea nolite fieri inprudentes sed intelligentes que sit
uoluntas dei. et nolite inebriari uino in quo est luxuria.
sed implemini spiritu. loquentes uobismetipsis in psalmis et
ymnis et canticis spiritalibus cantantes et psallentes in cor
dibus uestris domino. gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini
nostri ihesu xpi deo et patri. subiecti inuicem in timore xpi.

PAULUS Et tymotheus serui FER. IIII. L. I.
ihesu xpi. omnibus sanctis in xpo ihesu qui sunt phylippis cum episcopis
et diaconibus. gratia uobis et pax a deo patre nostro et domino ihesu
xpo. Gratias ago deo meo in omni memoria uestri semper in cunctis
orationibus meis pro omnibus uobis cum gaudio. deprecationem faci

License: cc-by-nc – Linz, Oberösterreichisches Landesarchiv, Buchdeckelfunde III, Schachtell 5, Mappe 3h/2, SpBudeS05M0303h_2v – Breviarium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-hr1l/2522/28948)